

Heinrich Rahn

**Henricus Rahne/ I.D. Prof. & Vice-Decanus suo, ac totius Facultatis Iuridicae  
nomine in Academia Rostochiensi, ad Dn. Johannis Levini Färbers Hamelonia  
Brunsvigii, Inauguralem Disputationem, die 20. huius Mensis Martii habendam,  
Magnificum Dn. Rectorem, Dns. Professores, & omnes omnium ordinum Cives  
Academicos officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766444430>

Druck    Freier  Zugang





Ja - 1143 1-58.  
Z 16.76.2



42. f. 2



HENRICUS Rahne/

J. D. Prof. & VICE-DECANUS

suo, ac totius Facultatis Juridicæ nomine  
in Academia Rostochiensi,

DN. JOHANNIS LEVINI Färbers

HAMELONIA BRUNSVIGII,

Inauguralem Disputationem,

die 20. hujus Mensis Martii habendam,

Magnificum DN. RECTOREM, Dns.

PROFESSORES, & omnes omnium

ordinum Cives Academicos

officiale invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLV.



Lectori benevolo  
s.



D diem 20. hujus mensis  
prodibit iterum Candida-  
tus, & pro obtainendis in u-  
troq; jure summis honori-  
bus ac privilegijs, publico  
examiini subijciet materi-  
am **TRANS ACTIONIS**.  
Transactionis vox & ad vi-  
tam & ad controversias referri potest. Etenim  
transiguntur dies, anni, tempora; transactione  
etiam lites componuntur. Utinam autem om-  
nes summâ, uti decet, ope niterentur, ne vitam  
transigerent, veluti pecora, quæ natura prona-  
atq; ventri obedientia finxit. Sed quotus quisq;  
est, qui id rectâ secum reputet viâ, qui justam vi-  
vendi rationem amplectatur, qui virtutem om-  
nium dominam curet? Maxima mortalium pars  
eò delabitur, non quo recta ratio, & lex innata, sed  
quo furentes animi corrupti impetus trahunt.  
Multi corpus cibo & potu, mentem interim vi-  
tijs implent, Ventri obediunt, & vivunt, ut edant  
& bibant, non edunt bibuntq;, ut vivant, similes  
bestijs

bestijs. Immò pecora immanitate sèpius supèr-  
rant. Illa enim ab intemperantia abhorrent;  
nihil, quam quod naturæ satis est, cupiunt: inor-  
dinato appetitu non stimulantur, neq; unum al-  
teri sui generis vim facile infert: vix deniq; se in-  
vicem lædunt, aut oppugnant. Homo verò ratio-  
ne præditus non rarò crapulâ & animam & corp⁹  
perdit; quippe quæ turpissima quæq; facere cō-  
git. Naturæ convenienter congruenterq; vivere  
aversatur. Voluptatibus corporis indulget, ut li-  
ber natus serviat servitutem fœdissimam & mi-  
serrimam. Luxu diffilit, donec luctu opprima-  
tur. Siquidem luxuria mater est molestiæ & dolo-  
ris,

*persstrepaæ atris*

*Circa quam semper volitans infamia pennis.*

Crates Thebanus adolescentulum vino, carne,  
& alijs exquisitis epulis corpus saginare conspi-  
catus: O miser, ait, desine adversus temetipsū car-  
cerem munire. Et quid quæso aliud intemperan-  
tes faciunt, quam quod animæ domicilium, aliàs  
sat funestum, in squalidū mutent carcerem, ean-  
demq; peccatorū vinculis arctius constringant?  
Præter hæc ferè nemo hodie est solitus, quo-  
modo velit aut possit bellum nuntiare vitijs,  
quomodo affectus in gyrum rectæ rationis redi-  
gente, atq; dissidium, quod carni intercedere cum  
spiritu in se se sentit, secundum præscriptum divi-

A 2

num

num transigere. Verum in id incumbunt quam-  
plurimi, ut praeter internam, quâ laborant dis-  
cordiam, bella & lites extra se habeant, homines  
inhumani, & magis, quam bestiæ feroce, Parni  
ob Scaphulam disceptant, ut proximo molestias  
creent, sibi ipsis molesti. Rixantur ultra Hyperbo-  
lum, de lana, quod ajunt, caprinâ. Quando vel  
nutu, non dicamus offenduntur, sed offensos se  
arbitrantur, statim ad judicium provocant, neq;  
contentisunt brevi contentione, at immortale ut  
sit litigii optant & laborant ipsis mortales. Levem  
injuriam injuriis gravissimis ulcisci volupe jam  
est. Vix quisquam in mundo extat, qui credat Po-  
ëtæ canenti:

Minuti

*semper & infirmi est animi, exiguae voluptas  
Ulio.*

Neq; intra privatos parietes hoc malum con-  
sistit, eò horribilius, quo magis Remp. afficit &  
pessundat. Publicæ certationes publicas clades  
adferunt; & discordia imperantiū universis civi-  
bus est perniciofissima. Sentiunt hoc magno cum  
detrimento omnes, qui sentire possunt, hodier-  
no seculo, ubi dissensionibus continuis fatigan-  
tur imperia, & indies magis magisq; con-  
tentionum tricis implicantur. Quæ inde fluant  
difficultates, quæ calamitates, testantur atq; de-  
plorant oppida, civitates, terra, mare, villæ, & o-  
mnia, ut copiosè de eo loqui nō sit necesse. Paucis  
tamen

tamen multa complecti libet. Belligeramus assidue, gens cum gente colliditur, regnum cum regno, civitas cum civitate, Princeps cum Principe, populus cum populo, & quod Ethnici quoque fatentur iniquum, cognatus cum eognato, frater cum fratre, filius cum patre: denique, quod atrocus his omnibus aestimandum ait Erasmus, Christianus cum Christiano. Et, O cæcitatem mentis humanæ, sunt, qui applaudant, qui rē plus quam tartaream laudibus vehant, & contendentes ultrò instigent, oleum camino addentes. Discere oportebat hos litium bellorumque amatores, si Christi monitis locum relinquere nollent, à Constantino Magno, quomodo controversiæ privatae sint præcidendæ potius, quam protelandæ; vel à P. Scipione Africano, quodvis citius malum tolerandum esse, quam ansam fomentumvè suppeditare publicis dissidiis. Ille enim in Nicæna synodo libellos supplices privatas causas agentium, spectantibus cunctis, concremavit: indignū dicens, illos, qui fratres essent, inter se digladiari, & hæreticis ansam invadendi ovilis præbere. Hic verò, non Magnus quidem, ut ille, dictus, sed tamen vir magni animi, à Trib. de interversa Asiatica pecunia accusatus cedere ex urbe maluit, quam intestinis discordijs civitatem evertere. Neque, ut Coriolanus, Alcibiades, alijque;

A 3

ex

ex antiquorum memoria, infesta patriæ signa inferenda putavit, ne eam civitatem vi affligeret, quā spolijs, triumphisq; de corārat. Possemus in hanc rē plura adducere exempla, at odioſa ſunt & vix imitanda hac ætate, quæ prona eſt ad interna & publica odia: ideoq; revertemur ad privatum causas. Quis, amabo, unquam reperitur, qui de jure ſuo vel minimum velit remittere, ut alteri proſit & ſibi non noceat? Quis non ſtudet litem ex lite ferere? quis rixas transactionis remedio ſopire ſatagit? quis modò non mavult in quotidianiſ turbis vitam transigere, quam transigere negotium ſeu certamen, quod ſibi eſt cum vicino? nullus fanè, niſi quis inſulfus, iners, bardus vulgo audiri velit. Longè aliter ſentit ſapientiſſimus Romanorum Orator, quando inquit: Convenit in omni re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, in vicinitatibus & confinijs æquum eſſe & facilem, multa multis de jure ſuo concedentem, à litibus verò, quantum liceat, & nescio an paullò plus etiam, quam liceat, abhorrentem. Eſt enim non modò liberale, paullū nonnunquam de ſuo jure decedere, ſed interdum etiam fructuofum. Idem Veteres admonent & ſuadent hoc proverbio: Nummum quærit peſtilentia; duos illi da, & ducat ſeſe. Didicit hoc Prætantiss. & doctiſſimus Dominus Candidatus,

JO-

JOHANNES-LEVINUS Färber HAMELONIA:  
 BRUNSVIGIUS, proinde iam ad usum transfer-  
 re contendit; ratus cognitionem præceptorum  
 & scientiam thesaurum esse absconditum & inu-  
 tilem, nisi alijs ijs inserviamus, & communis pa-  
 triæ saluti aut consulamus aut succurramus. Neq;  
 hoc saltem, sed & illud, quod priori loco de per-  
 versa quorundā vita enarravimus, vitare addidi-  
 cit, non tam ductu naturæ, quæ ad malū incitare  
 solet, quam ex eruditorum libris, quos à prima  
 adolescentia nocturnā diurnaq; manu tractavit.  
 Hinc novit, quod in voluptatis regno virtus con-  
 sistere nequeat, quod omnis voluptas corpo-  
 ris honestati sit contraria, quod sit esca malo-  
 rum, quâ homines incauti capiantur, ut pisces  
 hamo; & quod crapula plures ferè necet, quam  
 gladius atq; fames. Postquam autem in scholis  
 trivialibus diversis solida jecerat bonarum lite-  
 rarum fundamenta, ad regias ab hinc novenni-  
 um se recepit Primūm Academiam Julianam, quæ  
 est Helmæstadi, deinde Regiomontanam petijt:  
 ultimò ad Nos Rostochium venit. Neq; his in lo-  
 cis vitam otiosè, aut turpiter trænsegit; neq; tem-  
 pus pretiosum dedit noxiæ luxuriæ, sed bonis ac  
 liberalibus artibus, & talem se semper gessit, qua-  
 lem sedulum ac frugi studiosum decet. Testimo-  
 nium hujus rei præter alios perhibere possunt

am-

amplissimum omnes illi, quos tam in Borussorum,  
quam hoc Megopolitanorum Lyceo jus & privatum &  
publicum jam legendo mox disputando docuit. Nunc  
præmium laboris & virtutis, quibus hactenus operam  
navavit indefessam, nec non summum in jure, ad quod  
omnes conatus refert gradum expetit. Nos, qui scimus  
recta agentibus dignitates tanquam mercedem esse pro-  
positas, patefecimus ipsi aditum ad examen privatum  
& publicū. Illo rite peracto, hoc subeundum erit. Ut autē  
quilibet cognoscat, ipsum non lucri, non ostentationis,  
non litis fovendæ, sed finiendæ, & publicæ salutis causa  
se arti juris & æqui addixisse, omnium oculis & venti-  
lationi exponit DISPUTATIONEM de TRANS-  
ACTIONIBUS. Te igitur, Magnifice Dn. Rector, & vos,  
Dn. Professores, ac omnium ordinum Cives Academi-  
ci honoratissimi, eā quā par est, diligentia invitamus &  
officiose rogamus, ut ad dictum statumq; diem adesse, &  
in eruditionem Dn. Candidati inquirere non gravemini.  
Nulli dubitamus, quin, licet vobis negotia mille

*Per caput & circa saliant latum,*

Nostræ petitioni faciles futuri, & pro honore adi-  
piscendo certanti tantum honoris & favoris tributuri  
sunt. Dabit ille operam, ut se vobis memorem gratumq;  
probet. Nos itidem parem, vel majorem etiam  
gratiam referemus. P. P. Rostochij.

9. Mart. Anno Salvatoris

clo 19 c XLV.







ando quis obscuro loco natus, fraudulatione, nobili alicui familiae se inferebat titulo cognationis ab aliis, vel ejus familiae, nobilibus pecuniam, vel aliquid dicit, vel alio modo eosdem fallat. o 1615. vagabundus quidam homo co-uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
cupans, & ex familia illustri Græcorum iactans, adjumento intercessionū, quas te impetraverat, in plurimorum prin-  
cis, & civitatibus ingentem pecuniæ & emendicavit; cui postea, ob delicti pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-  
no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-  
, ex nobili familia se natam & bonis mutato nomine à Nobilibus pecuni-  
, pœnam temporalis relegationis in-  
runt. Carpzov. prax. criminal. part. 2.  
iam sequenti num. 41. adducit exem-  
pli assumpto nomine Advocati cuius-  
eius publicè jactayerat, quem postea audia Senatus virgis coedi, & exilio trinvent & hoc exempla relata à Valer,

## XVI.

us est, quando quis, personâ sua pla-  
nen suum mutat, & se pro alio suppo-  
ma apud Historicos aliasq; scripto-  
inter quæ notissimum est illud Plau-  
ptâ forma Amphitheatronis, adversus  
nocte quadam, velut è bello rever-  
tancubuit. Plura vide apud Johannem

B 3

Cora-

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference Number on UTT Serial No. TE263

098

